

EXEMPLA.

1. *Quod nos sumus, est & Christus homo,
excepto peccato:*

*Nos sumus tantum finitæ virtutis & po-
tentia homines:*

*E. & Christus homo, ac per consequens:
Christus juxta carnem non est omnipotens.*

Resp. B. *Hoë in Tract. de Disput Theol. p. 102.*
majorem intelligendam esse κατὰ τι. Nos
sumus homines, est & Christus homo. sed
non protinus, quod Christus homo est,
nos etiam sumus: quia Christus homo
Deus est, is nos non sumus.

2. *Qui est minor Patre, non est verus
Deus:*

Filius est minor Patre, Job. 14.

E. Filius non est verus Deus.

Resp. committunt Arriani fallaciam dicti
secundum quid: quia minor non est ἀπο-
χαπλῶς, simpliciter, sed tantum secundum
quid vera: itaq; sic restringenda: qui mi-
nor est ratione essentia, is non est verus Deus.
Sed ita minor falsa: Christus enim non
est minor patre gradu essentia, sed gradu
status